



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 55. S. Neotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

Sæculum IX. continuato per octiduum labore, tan.
A. C. 870. dem prope Altare Theodori Abbatis
corpus sine capite, omni velamento spo-
liatum, fœde ustulatum, tignorum ru-
na contritum, & terræ infixum inve-
niunt. Ita etiam corpora ceterorum
diversis temporibus & sæpe remota a lo-
cis, in quibus occisi fuerant, reperta
sunt. Duorum Monachorum, qui a
tatis annos centum & ultra numer-
abant, corpora recepta sunt in Locuto-
rio. Erat hic locus, in quo tempore, a
Regula statuto, colloqui licebat. Ex isto
exemplo judicare Lector potest, quid in
aliis Monasteriis, quocunque Barbari
pervenerunt, Monachi passi fuerint.

§. LV.

Sandus Neotus.

Aet. SS. Be. In alia Angliæ parte, paganorum incur-
to. 6. p. 324. sibus minus obnoxia, nempe in regno
Angliæ Occidentalis, illa tempestate de-
gebatur Neotus Abbas summa virtute con-
spicuus. Qui Regum sanguine ortus,
in literis & pietate postmodum ita pro-
fecit, ut cum ad ætatem pervenisset,
qua juvenes militiæ nomen dare sole-
bant, relicta sæculi pompa vitam mo-
nasticam in Glastoniensi cænobio am-
plecti mallet. Ibi complures annos ne-
mini extra monasterium notus exegit;
quin


quin imo latendi studio, ut etiam fra- Sæculum IX.
 tres falleret, mutato sæpe habitu in Ec- A. C. 870.
 clesia orans pernoctabat, & rediens ve-
 stem, cui adsueverat, resumebat. Cum
 viri merita cognovisset Episcopus acce-
 situm Ordine Diaconatus insignivit. Po-
 stea rogantibus Monachis & Clericis
 Presbyter, quamvis magnopere relucta-
 retur, ordinatus, quia exiguus corpore
 erat, cum celebraret Missam, insistebat
 scabello ferreo, quod inter sacras reli-
 quias deinde asservatum. Monita salu-
 taria compluribus dabat, & clarebat mi-
 raculis; sed ut famæ celebritatem ef-
 fugeret, comitante unico fideli discipu-
 lo Barrio, qui eum deinde nec in vita
 nec in morte deseruit, Glastonia ex-
 cessit.

Relicto igitur monasterio in Cornu-
 biam commeavit, ubi postquam aliquam-
 diu per silvas & montes errasset, in
 loco, qui de ejus nomine *Neotestom*
 vulgo dictus, substitit, cumque ibi no-
 vo fervore septem annorum spatio Deo
 serviisset, Romam se contulit, atque
 Pontificis Benedictionem & prædicandi
 mandatum accepit. Reversus in pa-
 triam, quo pluribus prodesset, noluit
 solus vitam degere & Monasterium con-
 struere cœpit in loco, quo se primo re-
 ceperat. Eo itaque duce Institutum

Gg 2 Mona-

Sæculum IX. Monasticum in illa regione collapsum
A. C. 870. refloruit; nam Viri sancti fama magnam

Discipulorum multitudinem adduxit, complures nobiles sponte se ipsius disciplinæ subjecerunt, multi filios suos obtulerunt. Ipse vero de rigore vice nihil relaxans, & sæpe hyberno tempore in fonte existens totum psalterium recitabat. Complura ab eo edita narrantur miracula; dies autem obitus trigesima prima Julii anno octingentesimo septuagesimo septimo fuisse creditur.



HISTO